



Puncta deniq<sup>z</sup>, in Eclipticâ inter Aequinoctia media existentia, atq<sup>z</sup>, ab utroq<sup>z</sup>, per quadrantem Maximæ distantia, dicuntur Solstitia: Alterum versus Boream, Aestuum: Alterum versus Austrum, Hibernum. per quæ puncta vulgo tres aliæ peripheriæ seu circuli cœlestes ducuntur: Duo Minores ab ipsis punctis solstity descripti, Aequatori paralleli, & Eclipticam in ipsis punctis solstity tangentes, quos Tropicos vocant, atq<sup>z</sup>, alterum versus Boream, Aestuum seu Cancri: alterum versus Austrum, Hyberū seu Capricorni, à dodecatemorijs videlicet seu vñcrys Ecliptice, in quas tanquam in duodecim æquales partes, (quas vulgo signa vocant) diuisa est, initium sumentibus. Vnus verò Maximus, transiens per polos tūm Eclipticæ tūm Aequatoris seu Mundi quē colurum solstitiorum vocant: quem etiam alter Colorus Aequinoctiorum dicitus, transiens per puncta Aequinoctia & polos Aequatoris seu Mundi dunt axat, recte vel ad Angulos utrinq<sup>z</sup> Rectos sphæricos, vt & horum uterq<sup>z</sup> Aequatorem, & prior ille etiam Eclipticam, intersecat. Ceterū, in ipsis dictis punctis solstitys, contingit tum Ecliptica, tum bis in annis singulis solis sub ipsâ Eclipticâ existentis, maxima versus utramvis Mundi partem ab Aequatore Declinatio, graduum nempè viginti trium cum semisse: vel vt exactiores & diligentiores conuincunt arguuntq<sup>z</sup> obseruationes summorum hoc tempore viuentium artificum 23. gr. 31. 25. Sol namq<sup>z</sup> ad ea puncta annuo sub motu deuetus, suum cursum quasi paululum inhibere videtur, statimq<sup>z</sup> versus alteram Mundi partem retrogredi cœpit: neq<sup>z</sup> diuinis ei præfixas atq<sup>z</sup> constitutas metas, positosq<sup>z</sup> utrinq<sup>z</sup> determinantesq<sup>z</sup> suas ab Aequatore euagationis limites, transgreditur. Siquidem vti diximus, Ecliptica est omnium Maximarum seu Circulorum cœlestium re vera atq<sup>z</sup> per se Rectissima, seu directissime in infinito aëre erecta. Quamuis ex obliquâ existente Terrâ, propter obliquum Mundi axem, intuentibus nobis Sol oblique incedere, atq<sup>z</sup> obliquo tramite ferri deuoluiq<sup>z</sup> per aëra videatur. Omnitamen nil minus per se directissimo semper versatur inceditq<sup>z</sup> tramite. Omnesq<sup>z</sup> alia Maxima (seu reliqui circuiti cœlestes) et si nobis earum aliqua rectissimæ visæ, (vt potè Meridiana & orientalis) ad Eclipticam tamen vel eius respectu obliquæ existunt, idq<sup>z</sup> vti diximus, propter obliquum Mundi terræq<sup>z</sup> quam nos inhabitamus axem, ipsam Eclipticam obliquè pertransiunt. Eam namq<sup>z</sup> obliquitatem ipse Architector vniuersitatis, omniumq<sup>z</sup> rerum naturalium (seu in rerum naturâ existentium) conditor, existere in ipsâ rerum naturâ voluit, vt fierent nimirum quotannis vicissitudines rerum, post exactum annum spatium certoq<sup>z</sup> tempore redeuntism. Eademq<sup>z</sup> obliquitas verò minimè est penes obliquam, (vt nobis forte videri potest) Eclipticam: sed penes obliquum, seu ipsam Eclipticam obliquè pertransiunt Mundu